



D. a. 39.

Hist:

H. B. 6.

949.
V. 3, 236.





45
Be

1.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.



In hoc Volumine continentur.

1. Vita virtuosa sexus feminini ex belis et fucellis mulierum. 3 dir. 3dijed.
4. Sagittarii Historia Johannis Friderici I. Electoris Sachoviae 1675 Jena
5. Sagittarii Historia antiqua libere civitatis Norimberga. Jena
6. De raptu Sabinaarum Witteberge 1670.
7. De nobilitate speciem Fracouica. Witt. Pres: Georg Carp:
8. De Chemistore Witteberge 1663. 1669 Kirchmaier.
9. Virtutes M. Alexandi potiores. Witt. 1670.
10. De originibus Habsburgico- austriatis et Hohenzollerans- Brandenburgicis.
11. Res Slavice Witteberge 1670. Witt. 1670
12. Res Mecklenburgicæ Witt. 1677.
13. Origines Pomeranicae
14. Principium Moretæ Autonæ Witt. 1676
15. De Arminio
16. Witterkindus Magnus.
17. ad Aeneidos IV. 265.
18. Res Sueo- Gotthicae
19. Fridericus III. Sapientia Sacra: Elector.
20. De nobilium insiquibus.
21. Res Prussorum
22. Gentis Hungaricae prima incunabula
23. Virtutes Gustavi M. exempli illustrat.
24. De Rugia insula
25. Sueo- Gotthorum nobilitas in omnem finem Europam derivata.
26. De civitatibus Hanseaticis
27. Historia Episcopatus Camminensis
28. De Ambubajis
29. De adopto Pirone
30. causa Parmentionis iudita causa trucidati.

31. De obsidione Hierosolymitana ex V. Hift: C.C. Faciti
32. De nudipedalibus Veterum
33. De potulo s. Joannis vulgo St. Joannis-Trank (piss: Thomatis)
34. De antiquissimo more innocentiam suam per Duetta probare, deq; Lodiensis fu
35. De more, quo Rei olim per ferrum candens, ardentes munas roquans probantur.
36. De Eostinomantia nomi Dirs - Lunde, diatribe curiosa
37. De pollici summa virtute - numeri.
38. De Bruma nomi Lutina - Regn.
39. Aletrijomantia s. divinatio cum gallis galinacis peracta.
40. Cataclymnos Thuringiacus vulgo si. Kunigisso Rundklaß.
41. Pontius Pilatus ex occasione locorum Facit: et Guido.
42. De fretia verace.
43. Sagittarii introitus et exitus Salfeldensis
44. De Aquila Romanorum signo.
45. Athene itemq; inscriptions Wittborzenes
- 46.

9
7

Q. D. B. V.
**VIRTUTES
M. ALEXANDRI
POTIORES**

SUB
PRÆSIDIO
VIRI

PRÆCELENTIS atq; CLARISSIMI
**DN. M. THEODORI KIRCH-
MAJERI,**

AMPLISS. FACULT. PHILOS. ADJUNCTI

MERITISSIMI,
FAUTORIS & PROMOTORIS

studiorum suorum observanter

colendi,

Publicæ sistet ventilationi

JOHANNES WAGNER/

Camentiō-Lusatus, J. U. C.

Ad diem 14. Decembr. Anno M. DC. LXX.

In Auditorio Majori, horis consuetis.



*WITTENBERGÆ,
Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.*

VIRGIL
MACHAONIA.

POTORES

PRÆSIDIO

NVR

Dn. M. THEODOORI RICHI

MAREI

AMPLISSÆ CÆTUS PHÆOS ADINCI

MERITISSIMI

FANATORIS A PROMOTORIS

LUDOVICUS MAXIMILIUS DUCENS

PROPHETÆ FUTÆ ACTUATIONI

JOHANNES SEBASTIANUS

CASSENBURG. PAGINA 1. U. C.

1750. ANNO. 17. DEC. 1777.

EX LIBRIS MATTHÆI HENRICELII, ACERI TYPORIS





FELICITER!

P R A E F A M E N.

Upra mortalium conditionem excoluit primò ALEXANDER MACEDO virtutes, & usque ad invidiam expressit factis. MAGNUS inde appellatus suis ; MAGNUS posteris appellatur, appellabitur. Decet Imperatorem tantus decor, tantum nomen. Ætate tamen insecurâ sibi factus est dissimilis. Abiit à sanctitate morum : Ad Persarum nefas se demisit. Vicitus vitiis victorum tot gentium, tot civitatum victor. Cessit gloriæ majestas voluptati : Meridianæ luci nox successit. Ita ad extrema sœpè ignea mens labitur ! Hâc vice de VIRTUTIBUS dicemus ; alia forsitan etiam de VITIIS.

A 2

CAP.

CAPUT I.

De

FORTITUDINE.

SUMMA.

1. *Alexandro cum semine Paterno instillatur Fortitudo. Crescit. In pueritiae appetet ex duobus potissimum documentis. Adolescens militat sub Philippo patre & insigne Fortitudinis specimen contra Graecos praeliando edit. Augurium Patris de Filio.*
2. *Interfecto Patri ipse in regno succedit. Variâ fortunâ agitur. Magnitudine animi mala omnia superat. Singula facta fortia recenserib[us] non possunt. In genere dicitur de victoriis. Qvod vir fortis fuerit, probatur ab officio viri fortis. Ostenditur, mortem bellicam esse haberiq[ue] fortitudinis objectum speciale.*
3. *Alexandrum Darius vocat te-*

merarium. Refellitur ob differentiam ipsum inter & temerarium intercedentem. Objicitur, quod ira furiosa bona. Refutatur. Objicitur, quod desperatio possit etiam esse in viro fortis, & s[ecundu]m sit salutis causa. Exemplis probatur. Refutatur. Annotatur, quod & aliis audax audiat Alexander. Sed immrito. Probatur. Subjungitur Hannibal[us] effatum & judicium de Alexandro M. Objicitur denig[er] Strategematum ius, quod minus conveniat viro fortis. Taciti locus. Refutatur.

4. Exemplis duobus ostenditur, fecisse Alexandrum fortitudinem & nomini suo propriam. Aliud σπερχων annectitur de Alexandro Farnesio.

§. I.

Ordinem sequimur Ethicis consuetum. A FORTITUDINE ordimur. Hujus initia cum initiiis vitae, cum sanguine accepit Paternum. Quam deinceps indies novis accessionibus auxit. In puerô jam illustris apparuit. Quoties enim à Parente aut nobile quoddam captum oppidum, aut memorabili prælio parta Victoria nunciabatur, haud magnoperè læta-

Plutarch. in vita Alexandri n. 5. & 6. l. A.
p. 584. Suppli.
in Q. Curt.
lib. I.

Iætabatur: Ad æqvales verò suos; Omnia, ajebat, pueri, occupabit Genitor, ita, ut ne vobis cum grande ullum ac insigne facinus mihi reliquum sit ostentare. Cumq; alio tempore nonnulli ex eo percontarentur, ad Olympicum nunquid stadium decertaret libens? libens equidem respondit, si decertaturos mecum sim habituros Reges. Nec verborum inanem dedit sonum. Vix enim octo-decim annorum adolescens militare cœperat sub Patre, & fortiter agendo pondus addidit. Qualem contra Græcos se præstiterit in pugnâ, ex eô licet colligere, qvod nec inferior Philippo, nec ulli alii secundus extitit. Vedit indolem excelsam Parrens, minusq; sufficioram isti ditionem suam sagaciter prævidit. Hinc, aliud, inquit, ô fili tibi par regnum quare, quando te Macedonia non capit.

§. 2. Annus erat vigesimus ætatis. Obtruncatur Rex inter lætitias à Pausaniâ. Ipse hæreditatis jure Imperium alleqvitur. Nonnulli juvenem contemtui habere; alii deficere ad Persas; cœteri avita dominia ac principatus patrios affectare. Dici vix potest, qvâ animi magnitudine cuncta hæc exceperit, declinârit, propulsârit. Nec desit post esse operosa Virtus, cùm esse hostes non desierint. Qilibet mensis, qilibet annus immortali momentum attulit. Longum foret enumerare hostes, prælia, victorias. Verbo annotâsse sufficiat, qvod post subactam Asiam & potissimum Europam reliquo orbi efficaces manus injecerit. Ubiq; Imperatoria Majestate egit dignum. Implevit Documenta, partes viri fortis. Fuit ad subeunda pericula promptus; in per- innumera, re- ferendis molestiis plusquam humanus; in ancipitibus incon- periuntur ac- cussus. Non perterruerunt eum arma, non vulnera. Omni pud Curtium tempore fuit idem, fuit ipse. Et quoties obtulit præsentissimæ hinc inde. se morti in obsidionibus, in præliis? Quoties exanimum gene- rosus sanguinem profudit? Scilicet noverat ex Præceptore * * Arift. 3. ad Heros, bellicam mortem speciale fortitudinis objectum esse. Imita- Nicom. c. 9. tus in hoc prudentissimos Majores; Ipsum posteri sunt imitati. Semper pulchrum habitum pro Patriâ, pro libertate, pro gloriâ, & utilitate publicâ in armis mori. Refert Valerius Maxi- mus, * Cimbros & Celtiberos in acie & prælio exultasse, tan- quam gloriose & feliciter vitâ excessuros: Lamentatos contra * lib. 2. c. 6.

In lib. 2, Q.

Curt:

in morbo ; quasi turpiter & miserabiliter perituros. Et *Eneas*
lib. I. Aeneid. prædicat

terq; quaterq; beatos ,
Quæs ante ora Patrum Trojæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere .

* lib. 5. de rep. Teste Platone * Solon singularem sanxit legem , de laudandis iis ,
qui in bello fortiter occubuerint. Aliam de horum filiis ex
publico alendis tulit Hippodamus. * Plura mitto.

* Arist. 2. Po-
lit. c. 6.
Curt: lib. 4.
n. 14.

§. 3. Censeatur aliis audax , non fortis. Verba sunt Darii ,
ad exercitum quæ habuit : Alexander quantuscunq; ignavis & ti-
midis videri potest , unum animal est , & si quid mihi creditis , te-
merarium & vecors ; adhuc nostro pavore , quam suâ virtute felicius .
Jure audax non censetur . Pericula ille subiit honesta ;
subiit cum ratione ; Audax subiit etiam inhonesta , temerè & sine
consilio . Ille fuit in sustinendis malis constans : Audax ubi pri-
mum impetum effudit , veluti quoddam brutum aculeo amissô
torpet . Ille non clamavit minax ante pugnam , in pugna se pro-
bavit virum : Audax nimio præ fastu crepat minas ac in futurum
hostem est contumeliosus . Et furor hinc abesto procul , abesto
desperatio , & cœtera , quæ sunt audacis . *Ais* verò , iram esse fortius
dinis cotem , quæ ad pericula capessenda animos exacuat . *Con-*
cedo : Sed utendum è , ut satellite , ut milite , non ut Duce .
Nec prorsus forsan improbes desperationem . Laudes eam ab ef-
fectu . Non inficiar , fuisse desperationem salutis aliquando
causam . *Loci* , cùm quindecim millia militum , aduersus cen-
tum & viginti millia Crotoniatarum producerent in aciem ,
paucitatem suam cum numero hoste conferentes , amissâ spe
victoriae , ad unum omnes in mortem conspirabant , jurando ,
masculè se pugnatores , ut non absq; ultionis dulcedine morian-
tur . Quo factum , ut victoriam , strage hostium ingenti factâ , re-
portârint . Alia in rem Exempla dant *Thucydides* , (α) *Vellejus*
Paterculus , (β) *Florus* , (γ) *Cornelius Nepos* . (δ) Memorabile est ,
quod apud (ε) *Fulgosum* legitur de *Gandavensibus* . Hi à *Ludovico*
Flandriæ Comite obsidione pressi cum dedere se vellent , si tole-
randâ viris imponerentur ; Ille autem pedibus nudis , abjectis
vestibus , aperto capite , fune in collum accepto veniam petere
juberet ;

Justin: l. XX.
c. 3. n. 6.

α] lib. 3. 13. 22.
β] lib. 2. 5. 2.
γ] lib. 2. c. 52.
δ] in *Datame*
ε] lib. 6. c. 11,

juberet: indignitate rei ad desperationem acti, cum quinque milibus eruptione factâ hostilem exercitum 30000. ceciderunt. Verum sit hoc raro; sit per accidens. Versatur fortitudo præter Phœbœ, etiam circa Sapphalæa, fiducialia. At qualis fiducia est desperanti? Cujus animus remittit respicitque malum ob imbecillas vires, ut tandem conseqvatur bonum. Verbis igitur indulxit Rex Persarum, Alexandrum dum vecordem dixit. Forte ut sibi ab blandiretur, ut fractas suas copias erigeret, quas frangere his magis potuisset. Fateor quidem, etiam aliis auterib[us] non obscuris temeritatis eum argui, quod extrema quæque, necessitate non urgente, ipse primus sit aggressus, & ut Rex, ut Imperator, rebus licet desperatis, salutem suam, exercitus ac regni in summum discrimen adduxerit. Ast si facta altius expendo, temeritatem nullam deprehendo. In pericula impetu non ruit cœco, sed prævio consilio. Ultima aliquando cum est expertus primus, datâ operâ est expertus. Noverat quippe sagax Heros, neminem esse detrectaturum munus, quod Rex prior occupasset, & primæ Imperatoris manu libenter supremam addere milites, nefasque ducere non subseqvi sic præeuntem. Subierit pericula. Quid tunc? Fecit, quod est viri fortis. Subierit summa. Fecit, quod est summi inter fortis. Extremis semper ipse ut adesset, exigebat necessitas; quod majestate suâ urgeret, & ad ardua animaret milites: Exigebat Salus Reipubl:, quæ in talibus facile periclitari potuisset, Duce non præsente. Gesta verò illa rebus desperatis, falsum. Desperarint alii vel non fortis, vel non ita tamen fortis; minus ipse. Major animi vigor, major fiducia. Hinc nihil tam sublime, quod non pertenderet, nihil tam difficile, quod non efficeret. Cum nullo unquam hoste est congressus, quem non vicit; nullam adiit gentem, quam non conculcavit; nullam obsedit urbem, quam non expugnavit. Hannibal à Scipione apud * Livium quæsitus, quem Imperatorum maximum fuisse unquam crederet? Respondit, Alexandrum, Macedonum Regem; quod ultimas horas, quas visere supra spem humanae esset peragrasset: quod parvamanu innumerabiles exercitus fudisset. Maneat Magno hæc fortitudo magna, quæ non modo inter Reges excelluit, sed inter illos quoque, quorum sola fuit virtus.

*lib. 35

* 2. Annal.

*Vegetius l.3.
c.9.
* In Hip-
parch.
*lib. 6. c.4.

Strada lib. 9.

virtus. Detrahere verò usus strategematum videri posset famæ. Inquit Tacitus: *Veri militis est, non artibus occultis, sed palam, armatum hostem aggredi. Sed videri saltē posset. Est aliter longè comparata res. Qvoq; vmodo hostem licet vincere, qvōd & ipse qvoq; vmodo vincere laborat. Interdum à Vulpinā caudā impetrandum, qvōd Leonis vis præstare neqvit. Superes militem, fundas exercitum, sive apertè, sive occultè, perinde erit, modo causa belli justa, & fides fortè inita utrinq; non rumpatur. Magnorum Ducum ista gloria æstimatur, si victoriā conseqvantur sine clade, sine periculo. Bellorum furtæ pulcherrima strategemata vocat *Xenophon, Valerius *partem calliditatis egregiam & ab omni reprehensione procul remotam. Ut præcepta DEI, Davidi, Josuæq; data taceam.

§. 4. Unum est adjiciendum. Fecerat Alexander fortitudinem non tantū sibi, sed & nomini suo propriam. Petrosa arx, Aornus, cum esset expugnanda; Duces animosæ turmæ à Rege Charus sunt & Alexander dati. Hunc Rex nominis, qvōd sibi cum eō esset commune, admonuit, utq; æmularetur facta, solicitavit. Id qvōd ipse & promisit, & gloriosè moriendo præstitit. Ubi in alium verò incidisset sibi qvidem cognominem, sed timidum & ignavum, dixisse fertur: *Adolescens aut nomen muta, aut mores.* Dubio procul huc respexit Alexander Farneſius, cùm pugnando contra Turcas arrepto, cui vibrando adsverat, prægrandi gladio in hostilem triremem saltu se projecit, ac furenti similis, circumducto utraq; manu ferro, latam per hostium stragem aperuit militibus suis viam, prædā ingenti cum victoriā potitus. Post finem pugnæ inter gratulantium officia ferunt Johannem Austriacum suscepisse qvidem illum singulari benevolentia atq; præconio, cum eā tamen exceptione laudāſ. se, qvōd eventu meliori, qvam consilio se in hostes confertos & adhuc validos, dubio regressu conjecisset.

CAPUT

CAPUT II.
De
TEMPERANTIA.

SUMMA.

1. *Dogma Aristotelis de Temperantia exponitur. Alexander didicisse id & factis expressissime dicitur. Probatur. Agitur de Frugalitate primum. Hec ostenditur ex usu voloris velus, neglectu delicioris, & mira sitis tolerantia.*
2. *Deinde Castitas affertur. Ex*
- praxi confirmatur. Ostenditur, quod sit avis rara inter belli Ducees, exemplis, testimonio Aristotelis & Poëtarum fabulâ. Causa additur. Alexandri modus affectus circa Venerem compescendi. Ejus præceptum & Zelus in transgressores.

§. I.

DE FORTITUDINE est actum. Ad TEMPERANTIAM transimus. Hanc non minus, quam illam Alexander habuit; ut, qui compesceret externos, ab internis hostibus ne vinceretur. Docuit *Aristoteles, Temperantiam virtutem utilem esse & belli & pacis tempore; versariq; circa affectus frenandos & in ordinem redigendas voluptates, eas nempe, quæ ex cibo potu ac venere percipiuntur. Didicit id Alexander. Quid nec saltem didicit; sed & ipsò opere scientiam expressit. FRUGALITATEM aves nōesse? Fuit illa singularis ac major, quam quæ In Rege desiderari possit. Uno ac eodem usus victu est cum milite gregario; cum eadem quoq; fortunâ uteretur. Contenus pane, contentus aquâ. Nec cessit hâc in parte Cyro majori, qui ab hospite rogatus quondam; Quidnam ad convivium juberet apparari? Panem, inquit, solum: Spero enim me apud flumen cœnaturum. Aliis Principibus est positum in more, vivere genialiter ac infervire epulis; minus ipsi. Sic enim ciborum deliciorum erat temperans, ut, quæ à mari rarissimos arborum fructus & pisces accipiebat saepius, amicis plerumq; communicaret, nihilō sibi reservatō. Cumq; Ada Regina Cariæ subinde bellaria curiosissimâ parata arte ostentationis ergo mittere t, & ad extremum, quos praestantisimos coquos pistoresq; haberet:

*7. Polit. c. 15.

Plutarch. l. c.

p. 593.

B

Nibi

Curt. lib. 7.

n. 5.

Nihil se ipsis indigere dixit: Meliores enim sibi esse coquos Leonidae Praeceptoris, nocturnum iter, quō prandium & parcitatem prandii, quō cœnam sibi suavem redderet. Illud imprimis admirable est, qvod in desertis Sasanorum factum est. Cum enim duo Macedones ex iis, qui præcesserant ad capiendum locum castris, utribus gestantes aquam, filiis, quos ægide pati sitim non ignorabant, occurrerent, inq; Regem forte sitibundum incidenter, alter eorum, utre resoluto, vas quod simul ferebat, implet porrigens Regi: Ille percontatus, quibus aquam apportarent, filiis cognoscit ferre: Tunc poculo plenō (sicut est oblatum) redditō; Nec solus, respondit, bibere sustineo, nec tam exiguum dividere omnibus possum. Vos currite & liberis vestris, quod propter illos attulisti, date. Tanta erat sobrietate, ut à potu subditi abstineret Rex, & sine dolore toleraret sitim.

Plut. l.c.

Curt. lib. 3.

n. 12.

Test. idem

Plat. l.c.

* 2. Polit. c. 7.

Vide Tiraq. l. Mars propterea Poëtis copulantur. Et quid mirum? Sunt ut connub. 9.

n. 124. & lib. 15. At hæc ad Venerem provocant, & animos libidine æstuare faciunt. Accedit, quod maxima pars eorum in otio præsertim, naturæ potius impetum sequatur, quam mores arte elimet. Non caruit

§. 2. Facerem jam de CASTITATE multa verba. Sed ex factis forsan clarius patescit. Erat summa pulchritudine corporis Darii conjux. Hanc cœperat cum aliis post pugnam Alexander. Poterat victor jure suo uti, temperantiâ abuti. Verum se vincere magis regium esse ratus, adeò fœminam non violavit, ut maximam adhibuerit curam, ne quis captivo corpori illuderet. Qvin & ipse in Epistolâ ad Parmenionem datâ fatetur, tantum abesse, ut vel viderit, vel videre voluerit Darii uxorem, ut ne sermones quidem de elegantia ejus referentium admiserit. Reliquas etiam excellentis formæ virgines habuit tam sanctè, ac si utrinq; uno geniti parente forent. Rarum hoc est continentiae specimen in bellatore. Pauci Duces æmuli. Plures videas γυναικοργαλγυέργς. Si vera sunt, quæ vulgo tradunt, maximus Hercules ad colum Ompbalæ se demisit. Similia de Pericle, Cyro, Alcibiade, Hannibale, Antonio, Jul: Cæsare & aliis leguntur. Ipse Aristoteles * Exemplo Spartanorum comprobat, belli Duces fœminis plerunq; dare operam. Nisi fallor, Venus &

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-611859-p0018-6

caruit quidem affectibus Alexander ut homo. Voluptatem ingenitam sibi omnino sensit. Fuerunt ipsi Persides dolores oculorum. Sed Philosophia prælucente vim fecit motibus; venustrati corporis animi dignitatem objecit, & tanquam exanimes imagines prætermisit. Idem svasit Ducibus, item militibus imperavit. Haud ignarus, lasciviâ effeminari viros ac robur infirmari. Si quis fortè fecerat secus, graviter in eum animadvertit. Dicam verbulô & concludam. *Ipse in praestando, monendo, puniendo nihil omisit eorum, quæ ad excolandam hanc virtutem faciunt.* Ast utinam talis etiam, quoad vixit, permanisset!

CAPUT III.

De

LIBERALITATE & MAGNIFICENTIA.

SUMMA.

- | | |
|--|--|
| 1. Liberalitas maximè propria Principibus. Subjiciuntur exempla eorum, qui virtute hâc excelluerunt, Cimonis & Titi. | ditur. Examinantur facta ad regulam moralitatis. Laudabile Alexandri dictum. Magnificentiae certamen Alexandrum inter atq; Omphin. Illius monumenta magnifica. |
| 2. Eminentior dicitur fuisse liberalitas Alexandri. Causa ad- | |

§. I.

Sunt Principes cum imperio & inter mortales eminent; ut multis benefaciant. Nullâ re proprius ad DEUM accedunt, quam dando. Habet fortuna nihil melius, quam ut possis; Natura nil præstantius, quam ut velis servare plures. Innotuit id jam seculis antiquis: Hinc tamen incubitum in studia benignitatis est. Exempla sine numero occurrunt apud Scriptores. Maximè illustris est liberalitas Cimonis. Hic cum compluribus locis

* In Cimone
c. IV. V. 1. 2. 3.

locis prædia hortosq; haberet, (verba sunt Nepotis*) nunquam eis custodem imposuit fructus servandi gratiâ, ne quis impediatur, qvò minus ejus rebus, qvibus vellet, frueretur. Semper eum pedisse qvi cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis ejus indigeret, haberet, qvod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpè cum aliquem offensum fortunâ videret minus benè vestitum, suum amiculum dedit. Quidam sic cœna ei coquebatur, ut, qvos invocatos vidisset in foro, omnes devoearet: Qvod facere nullum diem prætermittet. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit. Multos locupletavit: Complures pauperes mortuos, qvi, unde efferrentur, non reliquissent, suo sumtu extulit. Paria de Tito annotavit * Suetonius. Ait: Titus natura benevolentissimus nil negavit qvicquam potentibus: Et ut, qvæ vellent, peterent, ultrò est adhortatus. In desideriis animum hominis obstinatissimè tenuit, ne quem sine spe dimitteret. Qvin & admōnentibus domesticis, quasi plura polliceretur, qvām præstare posset: Non oportere, inquit, quem à sermone Principis tristem discedere. Atq; etiam recordatus quondam super cœnam, qvod nibil cuiquam totò die præstisset, memorabilem illam meritoq; laudatam vocem edidit: AMICI DIEM PERDIDI.

Curt. Suppl. in
lib. 2. p. 18. lib.
3. n. 5. lib. 8.
n. 12. & 14.
Plutarch. l. c.
p. 599. & 601.
602. 612.

§. 2. Ast transenant hæc & alia. Fuerit uterq; maximus suis suo ævo. Nescio tamen, an majorem, an liberaliorem Alexandro viderit orbis. Dedit non pompa, non fercula, non amiculum aut stipem; sed aliquot millia denariū, sed talenta, sed armamenta, urbes, satrapias, regiones, principatiū, regna. Nec dedit impertinenter ac sine consilio, sed secundum normam, αλιτως καὶ ιδεως, absq; dolore, cum voluptate, cum alacritate, qvæ vel sola grata efficit munera. Dedit εὐεστως, sponte, liberè. Qvis enim tantum coegisset Regem? Dedit ταχώς citò; optimè gnarus, bis dare, citò qui det; & ingratum esse beneficium, qvod inter manus dantis diu hæserit. Insuper nec Personarum in dando neglexit rationem. Dedit virtuosis, consiliariis, ducibus, militibus, subditis, victis. Aristotelis quoq; præmia doctrinæ scriptorumq; præclara & digna persolvit. Stagiram etiam patriam ejus ante dirutam restauravit, & cives, qvi vel diffugissent vel servirent, restituit. Quantas verò amicis elargitus

Vide Plut. d. l.



gitus sit divitias, Olympiadis matris epistola ad eum perscripta indicat. Aliâ (inquit) ratione amicis tuis benefac, eosq; in honore habe. Nunc quidem omnes Regis aequales facis, multosq; illos amicos, tibi solitudinem paras. Interdum dedit non rogatus. Quemadmodum enim sol ante hominum desideria sàpè oritur; Sic nec præstolatus is est semper preces, ut benefaceret, sed haud raro ultrò benè meruit, ut æqvè ac sol amaretur. Quidam de vulgô Macedonum mulum Regiâ onustum pecuniâ agebat, eamque in se, jumentô fessô, recipiebat. Hâc cum admodum urgeatur, & quid esset rei Rex cognovisset, ad nullius petitum concessit ipsi onus & ad proprium tabernaculum portare jussit. Si fides est habenda illi, qui scripsit vetera scholia in Dionem, eô heros fuit animô, ut si qvô die non benefecisset, seipsum reprehendens exclamaret; ΣΗΜΕΡΟΝ ΟΤΚ ΕΒΑΣΙΛΕΤΣΑΜΕΝ: HO- Morell. in
DIE NON REGNAVIMUS. Certare Omphis Rex Indorum li. Schol. ad Dio-
beralitate voluit cum *Alexandro*. Dedit dono præter magnam nem p.13.
vim frumenti aureas coronas plures & signati argenti octoginta Curt. libr. 8.
talenta. Sed succubuit, sed victus est. Iis quippe omnibus re- p.262,
missis, addidit talenta mille, multa convivalia ex auro argento- Plut. l.c.p.61L.
que vasa, plurimum Persicæ vestis, triginta eqvos ex suis cum iis-
dem insignibus, queis asseverant, cum ipsum veherent. Nempe
unum id contingere sibi felicissimum arbitratus, quod à nemine
posset magnificentiâ superari. Et adhuc extant virtutis hujus
monumenta, amplissimæ urbes, quas maximis ipse sumtibus aedi-
ficavit olim. Quæ verò interim sunt eversæ, magnificentiam po-
steris & in ruderibus loquuntur.

CAPUT IV.

De CLEMENTIA.

SUMMA.

I. Clementia decet Principes. Di- | dum. Dicuntur Patres; er-
cuntur enim Dii; ergo parcen- | gò connivendum. Severi-

B 3 tate



tati præstat Clementia. Exam-
plo Augusti lectu digno ostenditur ex Seneca. Extollitur
factum.

2. Confertur Alexander M. cum
Augusto. Documenta clemen-

tiæ recensentur, quæ dedit in
victos, deditos, obtrectatores,
fœminas imbellis & Reginas
captivas. Darius ipse Rex &
hostis deprecatur clementiam
Alexandri.

§. I.

Nondum est virtutum finis. CLEMENTIA addenda. Hæc
ex omnibus nullum magis quam Regem decet, quam Princi-
pem. Ita enim Majestas decori gloriæque est, salutaris si po-
tentia est. Est Princeps in terris DEUS. DEI proprium parcere,
indulgere. Mortales dum sumus, delinquimus semper: Alii gra-
vius, alii levius; alii ex destinato; alii fortè impulsæ aut abrepti ne-
quitia aliena. Est placabile tamen Numen, nec statim fulminibus
persequitur delicta. Quantò igitur æquius, vicarium Numinis
miti animo exercere Imperium, & cogitare, utrum mundi status
gratior sit serenô die, an cum impetu ventorum tonitruumque
omnia quatuntur. Non ubique vero ac semper convenit igno-
scere. Nam ita velle ignoroscere, tam crudelitas est, quam nun-
quam ignoroscere. Moderatio adhibenda, quæ sanabilia ingenia
à deploratis sciat distingvere. Officium Principis est, quod ho-
norum Parentum. Hi objurgare liberos interdum blandè, inter-
dum minaciter solent; aliquando etiam verberibus. Non ad pri-
mam offensam filium exheredat sanus Pater. Non indulget iræ,
nisi magnæ injuriæ patientiam evicerint. Non accedit ad decre-
torium stylum, nisi plus est, quod metuit, quam quod damnat.
Multæ tentat antè, quibus dubiam indolem ad bonam frugem re-
vocet. Nemo ad exigenda supplicia pervenit, nisi qui remedia
consumsit. Patrem patriæ Principem appellamus, ut sciat, pa-
triæ potestatem sibi datam, quæ moderatior; quæque consulit
liberis ac sua post illos ponit. Tardè sibi membra absindat; vel si
abscindit; inter abscindendum gemat: Imò cum absciderit, re-
ponere cupiat. Propè enim est, ut damnet libenter, qui citò. Pro-
pè, ut iniqvè puniat, qui nimis. Freqvens vindicta odium irritat
plex

plerorumque, paucorum reprimit. Certior ex mansuetudine securitas. Hoc quam verum sit, exemplo Augusti à Seneca * edoce- * lib.I.de Cle-
mūr. Divus Augustus, inquit, fuit mitis Princeps, si quis illum à mentia s. IX.
principatu suo æstimare incipiat: In communi quidem Republ.
gladium movit. Cum annum duodecimum esset egressus,
jam pugiones in sinu amicorum absconderat, jam insidiis M. An-
tonii Consulis latus petierat, jam fuerat collega proscriptionis.
Sed cum annum quadragesimum transiisset, & in Gallia morare-
tur, delatum est ad eum indicium, L. Cinnam insidias ei struere.
Dictum est, & ubi, & quando, & quemadmodum aggredi vellet.
Unus ex consciis deferebat. Constituit se ab eo vindicare: Con-
silium amicorum advocari jusit. Nox illi inquieta erat, cum
cogitaret adolescentem nobilem, integrum, Cn. Pompeji nepo-
tem damnandum. Jam unum hominem occidere non poterat,
qui M. Antonio proscriptionis edictum inter cænam dictarat. Ge-
mens subinde voces emittebat varias & inter se contrarias: Quid
ergo? Ego percussorem meum securum ambulare patiar, me solici-
to? Ergo non dabit pœnas, qui tot civilibus bellis frustra petitus
caput, tot navalibus, tot pedestribus præliis incolume, postquam ter-
ra mariq; pax parta est, non occidere constituit, sed immolare?
(Nam sacrificantem placuerat adoriri.) Rursus silentio interpo-
lit, majore multò voce sibi, quam Cinnæ irascitur: Quid vi-
vi, si perire te tam multorum interest? Qvis finis erit suppliciorum?
Qvis sanguinis? Ego sum nobilibus adolescentulis expositum ca-
put, in quod mucrones acuant. Non est tanti vita, si, ut ego non
peream, tam multa perdenda sunt. Interpellavit tandem illum
Livia uxor: Et admittis, inquit, muliebre consilium? Fac, quod
medici solent, qui ubi usitata remedia non procedunt, tentant con-
traria: Severitate nibil adhuc profecisti. Salsidienum Lepidus se-
cutus est, Lepidum Muræna, Murenam Cæpio, Cæponem Egnatius,
ut alios taceam, quos tantum ausos pudet? Nunc tensa, quomodo ti-
bicedat clementia. Ignosc L. Cinnæ. Deprehensus est: Jam noce-
re tibi non potest, prodesse famæ tuae potest. Gavisus sibi, quod
advocatum invenerat, uxori quidem gratias egit; renuntiari au-
tem exemplò amicis, quos in consilium rogaverat, imperavit, &
Cin-



Cinnam unum ad se accersit ; dimissisqve omnibus è cubiculo,
cum alteram Cinne ponai cathedram jussisset : Hoc , inquit,
primum à te peto , ne me loquentem interpellas , ne meo sermo-
ne medio proclames . Dabitur tibi loquendi liberum tem-
pus. Egote, Cinna, cum in hostium castris invenissem , non fa-
ctum tantum mihi inimicum, sed natum servavi : Patrimonium
tibi omne concessi . Hodiè tam felix es & tam dives , ut victo
victores in videant . Sacerdotium tibi petenti , præteritis com-
pluribus , quorum parentes mecum militaverant , dedi . Cum
sic de te meruerim , occidere me constituisti . Cùm ad hanc vo-
cem exclamâsset , procul hanc à se abesse dementiam : Non præ-
fas, inquit, fidem, Cinna : Convenerat , ne interloquereris . Occide-
re, inquam , me paras . Adjecit locum, socios, diem, ordinem in-
sidiarum , cui commissum esset ferrum . Et cum defixum videret ,
nec ex conventione jam , sed ex conscientiâ tacentem : Quo , in-
quit , hoc animo facis ? ut ipse sis Princeps ? Malè me hercule
cum Republica agitur , si tibi ad imperandum nihil præter me
obstat . Domum tueri tuam non potes . Nuper libertini homi-
nis gratiâ in privato judicio superatus es . Adeò nihil facilius
potes , quam contra Cæsarem advocare ? Cedò , si spes tuas so-
lus impedio . Paullus nè & Fabius Max. & Cossi & Servitii
te ferent , tantumq; agmen nobilium , non inania nomina præ-
frentium , sed eorum , qui imaginibus suis decori sunt ? Ne to-
tam ejus orationem repetendo magnam partem voluminis oc-
cupem : Diutius enim , quam duabus horis locutum esse constat ,
cum hanc poenam , quâ solâ erat contentus futurus , extenderet ;
Vitam tibi , inquit , Cinna , iterum do , prius hosti , nunc insidiatori
ac parricidae . Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat . Con-
tendamus , utrum ego meliore fide vitam tibi dederim , an tu
debes . Posthæc detulit ultrò consulatum ac quæstus , quod non
auderet petere , amicissimumqve ac fidelissimum habuit . Miran-
da est clementia hæc adulta in adultis ; In adolescente vix spe-
randas,

randa, qvi irâ potius æstuans multa patrat, ad qvæ invitus ocu-
los post retorqvet, qvemadmodum etiam *Augustus*.

§. 2. Intereà, qvi didicit à puerò affectibus dominari
M. Alexander, dominari didicit & iræ, utut junior. Posses
illius ætatem plus qvàm maturam deducere in certamen juve-
nilium annorum *hujus*. Fuerit ille moderatus in *Cinnam*, in *Vid. Sveton.* in
maledicos, nobiles, libertos, servos. Fuit hic clementissimus vitâ *Augusti*
præter alios devictos erga gentem Uxorium. Cum enim *Syst. c.51.54.55.67.*
gambis, genitrix *Darii*, pro suo necessariô *Madatbe* vitam pre-
caretur, non ipsi modò ignovit, sed omnes & deditos & capti-
vos libertate atqve immunitate donavit: Urbem reliquit in-
tactam: agros sine tributo colere permisit, ut à victore filio
non plura impetrare potuisset mater. Fuit propitius more *Idem libr. VI.*
Scipionis in eos, qvi fidei suæ sese commiserunt, & fama isthâc *n.4.5. Add.*
multos sibi populos adjunxit. Fuit patiens in homines præter *Loccen. in not.*
rem calumniantes, placideqve dixit: *Regium est, malè audi-* *p.102.*
re, cum bene feceris. Quantâ verò sit clementia erga *Darii* *Plutarch. l. c.*
matrem, conjugem, filias, reliqvasqve fœminas captivas usus, *p.602.*
credi vix potest. Cum enim in castris *Darium* suum, qvem in- *Id. p. 592.*
terfectum putabant, ingenti gemitu ejulatuqve deflerent, sibiq; *Curt. l.3. n.12.*
ac vitæ suæ maximè metuerent; ipse magis earum, qvàm sua
commotus fortunâ, ex purpuratis misit *Leonatum*, indicare
jussum, neqve *Darium* periisse, neqve ipsis ab *Alexandro* esse
metuendum: Se enim cum *Dario* de principatu belligerari;
ipsis omnia, qvæ regnante *Dario* habuissent, præstiturum.
Deinde & sepelire, qvos vellent Persarum, permisit eis, vesti-
bus ad hoc & ornatu de prædâ concessis, neqve qvicqvam eis
honorum aut familiæ ademit: Reditus etiam prioribus am-
pliores destinavit. Maximum autem & verè regium beni-
gnitatis specimen hoc dedit, qvod generosæ pudicæqve mu-
lieres nihil neqve audiverint, neqve senserint, neqve expecta-
verint turpe; sed tanqva non in castris hostium, sed ca-
stis & sanctis virginum domiciliis occultam, & ab omnium
oculis remotam vitam egerint. Adeò tûm se geslit *Alexander*,

C ut,



at, teste Curtio, omnes ante eum Reges & continentia &
clementia vincerentur. Ipse Darius Rex & hostis, cum
jam esset animam effliturus, haec perferri Alexandro iusit:
Id. lib. V. n. 13. Si nullis in eum meritorum officiis, maximorum autem illi
Confer. lib. IV. debitorem mori. Agere se ei maximas gratias pro bene-
ficiis in matrem, conjugem, liberosq; suos impensis: Iis enim
n. 10. vitam & pristini statu reverentiam, dignatemq; conces-
Plut. p. 597. sam: Sibi autem a cognatis atque amicis, quibus & regna
& vitam dederit, illa omnia erpta esse: Precari se, ut illi
victori terrarum omnium Imperium contingat. Ultionem
sceleris erga se perpetrati, non solum suâ, sed exempli omni-
umq; Regum causâ non negligere, illi cùm decorum, tûm uti-
le futurum. Jamq; deficiens aquam poposcit: Quam al-
latam postquam babit, Polystrato, qui eam tulerat; quis
quis es mortalium, inquit, hoc mihi extremum universæ ca-
lamitatis genus accidit, ut pro tanto in me beneficio dignas-
tibi grates referre nequeam: at referat Alexander: Ale-
xandro Dii pro ejus summa in meos humanitate ac cle-
mentia. Cui hoc fidei Regiae unicum
dextræ pignus pro me
dabis,

TANTUM!





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-611859-p0028-2

DFG

AB 155075

R 17



AB 155075

ULB Halle
002 422 670

3



Se

Vd 17







Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-611859-p0032-3

DFG

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



D. B. V. FUTES XANDRI IORES

Sub
ÆSIDIO
VIRI
TIS atq; CLARISSIMI
DORI KIRCH-
JERI,

C. PHILOS. ADJUNCTI

TISSIMI,

PROMOTORIS

orum obseruantur

olendi,


stet ventilationi

S. WAGNER,

Lusatus, J. U. C.

ir. Anno M. DC. LXX.

majori, horis consuetis.



NBERGÆ,
ENCKELII, Acad. Typogr.